



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

V. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt der Stadt Tangermünde alle  
Zusicherungen seiner Gemahlin, am 1. Januar 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

lamus. Verum ut huiusmodi indulgio per nos pie facta et concessa ab omnibus patronis et eorundem heredibus vel successoribus dictorum districtuum et a nostris heredibus et successoribus vtpote salutaribus inuolabiliter obseruetur, presentem paginam fieri et sigilli nostri munimine iussimus firmiter communiri. Si quis vero ausu temerario premillis aut alicui premissorum contraire presumerit, componat pro modo culpe et excessus, vti que non euadet. Datum Tangermundis, prefato anno Dom. millesimo CCC. decimo, In vigilia beati Johannis baptiste, presentibus ad hoc vocatis et rogatis: Nicolao de Buk, Heinrico de Aluenfleue, Droysekino, militibus, Gernando de buk, famulo, Slotekino, Euerardo, Segero et Hermanno de Luchowe, cum pluribus aliis fide et testimonio (dignis).

Gercken's Diplom. I, 593—599.

V. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt der Stadt Tangermünde alle Zusicherungen seiner Gemahlin, am 1. Januar 1320.

Dei gracia Nos Otto, dux in Brunelwich, recognoscimus in hiis scriptis publice et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod omnes gracias seu iusticias discretis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis in Tanghermunde nobis dilectis et fidelibus a domina Agnete, conthorali nostra karissima, in suis patentibus litteris indultas, gratas et ratas habemus et ipsis inuolabiliter volumus obseruare. In huius testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., In die circuncisionis domini.

Nach dem Original im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin. — Klöden's Wolbemar II, 520.

VI. Die Stadt Tangermünde mit den rittermäßigen Einsassen der Vogtei Tangermünde treten der Vereinigung der meisten übrigen Städte und Lande der Altmark für die Aufrechterhaltung der öffentlichen Sicherheit bei, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini amen. Nos militares in aduocacia Tanghermunde constituti, Scabini, Consules Totaque vniuersitas Burgenium ibidem in Tanghermunde coram omnibus presencia visuris siue eciam auditoris recognoscimus publice profitentes, Quod cum honestis Militaribus in Aduocia Soltwedel Constitutis et eadem Ciuitate Soltwedel et reliquis Ciuitatibus scilicet Stendal, Gardelegghen, Sehufen, werben, Osterburch atque cum omnibus militaribus Territoriis in iam dictis morantibus promissimus et nostris Juramentis affirmamus sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in hiis nunc prefixis Ciuitatibus Similiter et Territoriis per Se vellet violenter esse iudex, Recufans et Rennuens nostra Jura primordialia actenus vt ex nunc et ab